servitio militari, ad Munimenta, ad Quictoren vel aliis quibusvis Dillationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra praemioz Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis vel etiam Castrensis Capitanealis Sanocensis Termino Dillationem, sibi non recipiendo nullasque Actiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus, vel triplicatis, Quaestionibus, Suspensionibus, fatalis Juris praescriptione Terrestri bello, Conventione quae, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Dybowscy Coniuges mutuam sibi advitalitatem inscribunt 159

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Albertus de Dybowo Dybowski, olim Generosi Alberti de eadem Dybowo Dybowski, cum Generosa olim Anna Malczewska procreatus filius ab una, et Sophia de Przyborowie Gorska, olim Generosi Joannis de eadem Przyborowie Gorski, cum Generosa olim Catharina de Zurowice Consorte eius Legitima procreata filia parte ab altera Coniuges legitimi; sanimentibus, et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni, quoad Actum hunc ithner, se, cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter

Ex Pogia … (margin note, right of "Comparentes"): Ex Pogia ennorea

1856

omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam, libere, publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet eorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi, et quidem supra scripta Generosa Dybowska Consors, cum praefati Mariti sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia, et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu, sibi mutuo et invicem una pars alteri omnium generaliter Bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarumque quarumvis pecuniariarum, necnon auri, argenti, clenodiorum, vestium, vestimentorum, equorum, equitiarum, pecorum, pecudum, ac totius supellectilis domesticae, rerum habitarum et in post habendarum in quacunque forma et materia existentium nunc habitarum et in post habendarum, advitalitatem et usumfructum ad extrema durataque vitae utriusque sui Recognoscentis tempora, dederunt, concesserunt, et inscripserunt tali videlicet modo et conditione. Quodsi primus praefatum Generosum de Dybowo Dybowski Maritum, quam ipsam Generosam Sophiam de Przyborowie Dybowska Consortem eius mori, et de hac luce decedere contigerit, extunc eadem Generosa Sophia Dybowska Consors ipsius Bona supra scripta generaliter omnia, ac res in universum omnes morte praefati Mariti sui derelicta, cum omni iure, Dominio, proprietate, et quavis competentia tenebit, habebit, et possidebit, illisque uti fruetur ad extrema durataque vitae suae tempora. Post mortem vero eiusdem Generosae Sophiae de Przyborowie Dybowska Bona eadem et res universa morte Mariti illius derelicta ad Successores Mariti sine quavis contradictione Successorum Consortis illius, devolventur et devolui debebunt; Similiter quoque

f Albertum

ut prius praenominatam Generosam Sophiam Dybowska Consortem, quam ipsum Maritum eius mori et de hac luce decedere contigerit, extunc idem Generosus Albertus de Dybowo Dybowski Maritus eius, Bona omnia mobilia et immobilia morte praefatae Consortis suae devolucta, cum omni Iure Advitalitio et quavis praerogativa tenebit, habebit, illisque utifruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora. Post mortem vero eiusdem Generosi Alberti de Dybowo Dybowski Mariti, haec eadem Bona morte Consortis illius devolucta, ad Successores Consortis eiusdem suae, sine quavis contraventione Successorum Mariti illius cum pleno Iure devolventur et devolvi debebunt, Ipsis suis mutuis Recognitionibus ad praemissa mediantibus.

Sabbatho post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae proximo. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo. 4/VII

Godlewski, Woyna Oranski & Mokrzecki Roborant. 150

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Georgius Godlewski Vexillifer Czerniechoviensis, Alexander Woyna Oranski Subdapifer Novogrodensis ab una, et Christophorus Mokrzecki Pincerna Bielscensis, Notarius Castrensis Branscensis Illustris et Magnifici Ioannis Clementini Rzecza Branicki Marsalci Curiae Regni